Terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequenter causa eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori minorennitate Succesorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari, admunimenta, ad evictorem vel alijs quibusuis dilatorijs omnibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietationem praeterea vltra proximos officij praefati Castren Capitan Praemyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq monitores appellationes ac earum prosequutiones faciendo, et praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello conventiones, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec alio quouis modo euadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Sexta post Dominicam Cantate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

Prokopowiczowa Dydynskiego Quietat.

9/r

272 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan Praemyslien Generosa Catherina de Wrzepia olim Generosi Ioannis Prokopowicz Consors relicta vidua sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemyslien Iurisdictioni quo ad actum attinet submittendo se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie

nanie incorporando atq subijciendo palam publice libere ac per expressum recognouit. Quia ipsa Generosum Franciscum a Sedmia Dydynski eiusq posteros de Intercisa certa inter se Recognoscentem ab vna et eundem Gnosum Dydynski parte ab altera ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum de Actu et data illius in Sanok die vigesima Secunda Mensis Marty Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octauo confecta conscripta manu sui Recognoscen et praefati Generosi Dydynski propria ab vtrinq subscra et Actis Castren Capitanealibus Sanocensibus cum interpositione vadij Duorum millium Quingentorum octuaginta et trium florenorum Polonicalium roborata eiusq inscriptione Roboratoria, nec non de Processibus quibusuis ad eundem Intercisam per se Recognoscentem praefato Gnoso Dydynski ad quoduis Judicium et Officium Regni intentatis, et in quocunq puncto et gradu Juris dependen Decretisq et poenis banitionum, earumq approbationibus quietat, emittit, dimittit, et liberum absolutumq facit ac pronuntiat. Intercisam praefatam eiusq Roborationem atq Decreta, poenas banitionum, earumq approbationes, Processusq quosuis Judiciarios in toto et per omne ob praestitam sibi Recognoscen in praemissis omnibus plenariam et sufficientem satisfactionem cassat mortificat et annihilat, sibi suisq posteris ratione praemissorum perpetuum impo-nendo silentium. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Podhorodecki in rem Winnickiego Roborat